

Aduertencias para

Episcopo, vel eius Officiali ad id deputato?  
Ad hoc communiter respondetur: prædictos  
non posse ex propria auctoritate, sed tantum  
ex commissione Provincialium, vel Commis-  
sariorum; & tunc [ scilicet ] ex commissio-  
ne Provincialis, aut Vicarij Generalis, non  
solum ipsi Piores, & Guardiani, sed quicūq;  
Frater posset talem presentationem facere.

¶ Quintum dubium est, An auctoritas  
huiusmodi confessarioram Ordinis Prædica-  
torum & Minorum sit perpetua, ita ut duret  
post mortem Episcopi à quo fuerunt approba-  
ti? Ad quod breuiter respondetur, q; sic, si-  
cut expresse habet in Extrauagan. Inter cun-  
gas, de Priuilegiis. Vbi Benedictus. II. lo-  
quens de fratribus Prædicatoribus, & Mi-  
noribus, dicit. Datam vero licentiam per  
Diœcessanorum mortem nolumus termina-  
ti. Cum autem in prædicta Extrauagantis  
capite, & resolutione dicatur eam per Cle-  
mentinam Dudum de Sepulturis fuisse abro-  
gatam res satis dubia, & ambigua videntur,  
& non ita certa, sicut à nobis asseueratum  
est. Hoc tamen non obstante dicendum est  
in Concilio Vienensi [ ut constat ex dicta  
Clementina. §. Si vero ] concessuni esse Fra-  
tribus